Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



s. et aqm tua. Festinacione et merore bibe. Qui dicitis ad ppm ere. Hec dr dominus ad eos. Qui habitant in terra israel. Panem suum in solicitudine comedet et aqm in desolacione bibet. ut desolet terra a multitudine sua pp iniquitatem omnium qui habitabant in ea. Et ciuitates quae habitantur desolate erunt. et eritis deserta. et scietis quia ego dominus. Et factum est sermo domini ad me dicens. Fili hominis qui habitant in terra israel dicentes longum differunt dies et peribit omnis visio. Propterea dic ad eos. Hec dr dominus. Et cessabo faciam proberbium istud. et vulgo dicent ultra israel. Et loquere ad eos. quia appinquauerunt dies. et sermo omnis visionis. Non enim erit ultra omnis visio cassa. neque diuinacio ambigua in medio filiorum israel. quia ego loquar quamcumque locutus fuero sermonem. et fiet. non prolongabitur amplius. in diebus uestris domus exasperans loquar sermonem. et faciam illum dicit dominus dominus. Et factum est sermo domini ad me dicens. Fili hominis ecce domus israel dicitant. Visio quam hic uidet. in dies multos. et in tempora longa iste prophetat. Propterea dic ad eos. Hec dr dominus. Non prolongabitur ultra omnis sermo meus. Verbum quod locutus fuero et complebitur. dicit dominus deus.

XIII

Et factum est sermo domini ad me dicens. Fili hominis uaticinare ad prophetas israel. qui prophetant. et dices prophetantibus de corde suo. audite uerbum domini. Hec dr dominus. De prophetis insipientibus qui sequuntur spiritum suum. et nichil uidentes. qui velut pes in deserto prophete tui israel erant. Non ascendistis ex aduerso. neque opposuistis murum pro domo israel. ut staretis in prelio in die domini. Videntes vana. et diuinantes mendacium dicentes. ait dominus. et dominus non misit eos. et expectauerunt confirmare sermonem. Nonne uisionem cassam uidistis. et diuinacionem mendacem locuti estis. et dixistis ait dominus. et ego non simulo locutus. Propterea hec dicit dominus dominus. Quia locuti estis vana. et uidistis mendacium. propter hoc ecce ego ad uos ait dominus dominus. Erit manus mea super prophetas qui uidet vana. et diuinantes mendacium. In concilio populi mei non erunt. et in scriptura domus israel non scribentur. nec in terra israel ingredientur. et scietis quia ego dominus deus. cum deceperint populum meum dicentes. pax pax. et non est pax. Et ipsi edificabant parietem. illi autem liniebant eum luto absque paleis. Dic ad eos qui liniunt absque temperatura quia casurus sit. Erit imber inundans. et dabo lapides grandes deorsum irruentes. et uentum procellae dissipantem. Et ecce cecidit paries. Nonne dicetur uobis ubi est litura qua linuistis. Propterea hec dicit dominus dominus. Et erumpere faciam spiritum tempestatis in indignacione mea. et imber inundans in furore meo erit. et lapides grandes in ira in consumptionem. et destruam parietem quem linuistis absque temperamento. et adequabo eum terre. et revelabitur fundamentum eius. et cadet. et consumetur in medio eius. et scietis quia ego dominus. Et complebo indignacionem meam in parietem et in his qui liniunt eum absque temperamento. Dicamque uobis. Non est paries. et non sunt qui liniunt eum. prophete israel. qui prophetant ad urbem. et uidentes eis visionem pacis. et non est pax. ait dominus dominus. Et tu fili hominis pone faciem tuam contra filias populi tui qui prophetant de corde suo. et uaticinare super eas. et dic. Hec dr dominus dominus. Ve qui consuunt puluillos sub omni cubito manus. et faciunt cerebralia super capite uniuerse etatis. ad capiendas animas. Nonne animas populi mei uiuificabant animas eorum. et polluebant me ad populum meum pro pugillum ordei. et fragmen panis ut interficerent animas quae non morientur. et uiuificarent animas quae non uiuunt. mentientes populo credenti mendacio. Propterea hoc hec dr dominus dominus. Ecce ego ad puluillos uestros quibus uos capitis animas uolantes. et diripiam eos de brachiis uestris. et dimittam animas quas uos capitis. ad uolandum. et diripiam cerebralia uestra. et liberabo populum meum de manu uestra. nec erunt ultra in manibus uestris ad predandum. et scietis quia ego dominus. Quia contristastis cor iusti mendacio. quem ego non contristauit. et confortastis manus impii. ut non reuertatur a uia sua mala. et uiuificetur. Propterea vana non